Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

paranda sibi populum acceptabilem
disposuit. Hic Strigomensi oppido
natiuitatis exordium habuit. et
puer adhuc scientia grammatice artis ad
plene imbutus est. Pater eius rex quidem
sed primum gentilis fuit. Postea illu
strante spiritus sancti gratia uite et uie lumen
agnouit. euangelicique institucionem
secutus ad ymaginem iuitatis peruenit.
Intantum autem diuinis conspectibus se pro
babilem reddidit. ut omnes milicie
sue comites ad ueri dei cultum con
uerteret. quos uero aliene uie sectato
res repperit. minis terroribusque sub
iugauit. Qui cum iam senesceret et
resolucionemque sui corporis imminere
sentiret. filio ante regni sublimando.
uxorem nobilissimam ex latissima
romanorum imperatorum prosapia deriuatam
duxit. Interea rex Christiani nominis ama
tor debitum soluens nature concessit.
qui ut credimus pro confessione deitatis
gloriam eterne felicitatis consecutus est. Post
cuius obitum Stephanus adhuc puer. fa
uore principum et plebis in regni solium
laudabiliter prouectus. ardenciori animo
ueritatis cepit propugnator existere.
quia quamuis puericie annis flore
ret. non tamen cor in ore. sed os habebat
in corde. Scripturarum diuinarum quibus
ad plene flagrabat non immemor. iudi
cium et iusticiam ante oculos proponebat.
iuxta illud salomonis. Audiens sa
piens sapiencior erit. et intelligens
gubernacula possidebit. Non proponebas
ante oculos tuos rem iniustam. facien
tes et consentientes. sed in omnibus mandatis
dei fidelis dispensator existens. apud
se cepit meditari ut si populum iam per fidem
baptismatis consecracione renatum

absque disciplina dimitteret. facile
post errorem uanitatis sue iterum
conuerteret. Hunc secundum ecclesiasticam
doctrinam instituens. iugum et legem
discipline subpositis ceruicibus adhi
buit. omnibusque inuidicias malorum pres
[destruxit.] Quidam uero
nobilium quibus luxus et desidia
cordis inerat. uidentes quod
assueta coacti reliquissent. diabolico
instinctu iudicia regis contempserunt.
et ad priores uoluptatis sue usus ani
mum reducentes. contra eum arma mo
uebant. Ceperunt autem urbes eius
desolari. predia uastare. possessiones
depredari. seruos cedere et ut cetera
sileam regi insultare. Cumque decli
nare nollent a uia sua peruersa. nec
furor eorum saciaretur. rex ipse confidens
de eterna uirtute ad superandum hostium
rabiem. cum multitudine exercitus
sui processit. Illis forte diebus urbem
que uulgo ~~dicitur~~ besprem nuncupatur
obsederant. hoc ad conuiuia eius conmo
uentes scilicet ut ubi regalis accessus
et conuiuacio habebatur. ibi considerent
quo facilior ingressus ad alia presidia
occupanda inueniretur. Rex diuina
preueniente clemencia ad usus eorum con
surrexit. et hi in fide. illi uero tantum
in armis confidentes. utrinque decerta
uerunt. Tandem hostibus uictis et ex
parte cesis ex parte captis et alligatis.
rex uictor cum suis uictorie signa
reportauit. Preterea de possessionibus
eorum tam in agris quam in uillis sa
pienter diiudicauit. ~~Preter~~ non sicut
quondam saul. qui deuicto amalech
de spolys eius domino prohibente meliora
elegerat. Ex omnibus enim nichil ad opus

4